Preuenerunt oculi mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua. Diluculo autem proinde oratur, ut reſur rectio Chriſti celebretur. In uigilia ergo matutina dñs Iſrahel ducens per mare rubrũ. Pharaonẽ & Egiptios in ipſo dimerſit. & matutina hora Chriſtus a morte reſurgens, populum ſuum ſaluãs, diabolum & ſatellites eius ęterna captiuitate damnauit. Matutina enim luce radiante, dñs et ſaluator noſter ab inferis reſurrexit, quãdo cœpit oriri fidelibus lux, quę moriẽte Chriſto occiderat peccatoribus. Siquidem et eodem tempore cunctis ſpes futurę reſurrectionis creditur, cũ iuſti & omnes ab hac temporali morte, quaſi a ſopore ſomni reſurgentes euigilabunt.

DE OFFICIO PRIMAE HORAE Ca. III.

p Rimę autem horę celebratio proinde fit, quia in ortu diei quando Sol ab oriente primũ appa ret, oportet ut ſolem iuſtitię oriri poſtulemus, vt in illius lumine ambulantes, peccatorum tenebras & laqueos mortis euadamus. Iuxta illud, quod ipſa veritas nos admonet dicens. Ambulatę dum lucẽ habetis, ne forte tenebre uos comprehendãt. Et itẽ. Qui ambulat in die non offendit. Ego ſum lux ve[illegible]

DE TERCIAE HORAE CELE BRATIONE. Ca. IIII.

t Ercię horę officium ideo fit, quia tercia hora Chriſti paſſio cœpit, cum per Iudęorũ linguas iam tunc dominus crucifixus eſt, et poſt reſurrectionem eius in die pẽthecoſtes, tercia hora ſpiritus ſanctus ſuper apoſtolos deſcendit. Suo utiq; loco & numero ad probationem uenerabilis trinitatis, ſpũs paracletus deſcendit ad terras, impleturus gratiã, quã Chriſtus promiſit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf